



INCOMPARABILI SECVLI SVI TRAIANO
HEROI PIO, FELICI, AVGVSTO
EXEMPLO VIRTVTIS EXCELSÆ SINE EXEMPLO
FVLGENTISSIMO ORBIS LITTERATI PHOSPHORO
CIVIVM ET BONORVM QVORVMVIS AMORI

Serenissimo Principi ac Domino

D O M I N O

IOHANNI GVILIELMO

DVCI SAXONIÆ, IVLIACI, CLIVIÆ AC MONTIVM
ANGARIÆ ITEM ET WESTPHALIÆ
COMITI PROVINCIALI THVRINGIÆ
MARCHIONI MISNIÆ
PRINCIPI HENNEBERGIÆ
COMITI MARCÆ ET RAVENSBVRGBI
DYNASTÆ RAVENSTEINII

Domino suo quondam Clementissimo

QVEM

IN AMOENISSIMO ÆTATIS FLORE
D. IV. NOV. M DC XC
LÆTABVNDÆ TERRARVM SPEI SVBDUCTVM
MOESTISSIMVS SVORVM AFFECTVS
D. XIX. FEBR. ANNI SEQVENTIS
AVGVSTIS MAIORVM MONVMENTIS

INFEREBAIT

LACRYMAS HASCE SACRAT

DEVOTISSIMVS

M. IOH. CHRISTOPH. *Benkel.*

JENÆ

LITTERIS IO. ZACHAR. NISL.

elle
lla
ua-
A.
&
de
re
me
na
le-
ma
za
e
la.
n-
n-
e-
e-
r-
re



Er Sol aquosum Piscium subiit sidus,
 Quo JAN-WILHELMO, Principi
 Juventutis
 Academicos Minerva credidit Fasces,

Numenque Tutelare Pindus accepit.
 Quo tunc Salana personabat applausu!
 Qui tunc tripudiantium Chori molles!
 Quæ vota gratulantium Astra pulsabant!
 Pleno Voluptas sparserat rosas Cornu,
 Voces & acclamantium jugis celsis
 Tot montium circumfitorum inerrabant.
 Erat hæc imago gaudii illa Communis;
 Tunc credidisses Optimum huncce Rectorem
 Felicitatem reddidisse primævam,
 Nobisque tempus aureum redonasse.
 Quàm Pindus hoc effloruit sub Heroë!
 Quæ cepit incrementa nostra Salana!
 Dux ipse nam Cives præibat exemplo,
 Sapientiæq; arcana cuncta & abscessus
 Et Palladis penetralia ima rimatus
 Apollinis cum Jure Sceptra pensavit.

Felici-



Felicitatem hanc dummodo perennantem
Benigna nobis esse Fata scivissent!
Sed rebus ah! vicissitudo terrenis
Incumbit illa, & crimine heu! DEUS læsus
Incomparabilem invadebat Heroëm.
O triste fatum! Ah! ille Flos Juventutis
Amorq̃ve noster Seculiq̃ve Solamen
Tenebricoso infertur heu! Sepulcreto!
Nunc mæror ingens & gravis Quiritatus
Planctusq̃ Cælum pulsat atq̃ Singultus,
Totumq̃ complet mæstitudo Parnassum.
Feralis apparatus atq̃ve lugubris
Pompa illa nunc Arcus subit Triumphales,
Quibus Convenæ Principem olim honorarunt,
Academiæ cum Præsidem salutarent.
Nec terminis his continetur hic Luctus,
Sed altius prorumpit atq̃ue tot celsos
Germaniæ quoq̃ve lancinavit Heroas,
Qui de WILHELMO maxima ominabantur.
Hoc Indoles sublimis illa & ætate
Majora Cœpta, & oris illa Majestas

Et

*Et Corporis divina forma spondebat.
Sed heu! inanes spesque Votaque elusit
Vis dura inexorabilisque Parcarum.
Ergo Cupressus atque flebilis Taxus
Mœroris haud fucata signa inexpleri
Statuamus & perenniora vel Saxo
Vel ære, nec demolienda ponamus
Injuriôsâ temporum vetustate
Monumenta, nostro Principi Juventutis.
Sed viribus majora cœpta molimur,
Et cum facultas deserat Voluntatem,
Sat Principi immortalis erit parentatum,
Si mente Principem Optimum reponamus,
Ejusque dotes undiquaque divinas
Recolamus ac deprædicemus æternum.*





INCOMPARABILI SECVLI SVI TRAIANO
HEROI PIO, FELICI, AVGVSTO
EXEMPLO VIRTVTIS EXCELSÆ SINE EXEMPLO
FVLGENTISSIMO ORBIS LITTERATI PHOSPHORO
CIVIVM ET BONORVM QVORVMVIS AMORI

Serenissimo Principi ac Domino

IOHANNI
GVSTAVO

DVCI SAXONIAE AC MONTIVM

ANGARIAE THVRINGIAE

COMITI CAROLIVS

PRINCEPS

COMITI SVEVENSBERGI

DYLVINGIAE

Dominus mentisimo

IN FLORE

LÆTABVNDIA SVBDUCTVM

MOERORE EFFECTVS

D. VENTIS

AVGVSTO MENTIS



M. IOH. CHRISTOPH. *Benzel.*

7ENÆ

LITERIS IO. ZACHAR. NISL.